

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johannes Assuerus Ampzing

**Programma In Obitum ... Matronae, Elisabethae Dumrades, viduae Viri ... Dn.
Antonii Hökeren/ quondam ad D. Nicolaum Diaconi**

Rostochi[i]: Pedanus, 1627

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777438550>

Druck Freier  Zugang



Assverus, J.,

in

E. Dumrad,

uxor. A. Höker.

Rost. 1627.

82.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777438550/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777438550/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777438550/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777438550/phys_0004)

DFG

PROGRAMMA
In Obitum
Honestissimæ Matronæ,
ELISABETHÆ
DUMRADES,
viduæ
Viri Reverendi & Doctissimi,
DN. ANTONII Höferen/ qvon-
dam ad D. Nicolaum Diaconi.



ROSTOCHI
Exudebat Joachimus Pedanus,
Anno 1627.

RECTOR
ACADEMIE ROSTO-
CHIENSIS

JOANNES
ASSVERUS

Ampsingus Transilvanus Med.

D. ac Professor.



Cœ prater omnem expectatio-
nem meam, dum sedeo occupa-
tus scribendâ oratione valedi-
ctoriâ in diem perendinum,
qvo, volente Deo, præsentem
meum Magistratum, sum ces-
surus alteri, accedit ad me qvi
Intimationem à me flagitet funebrem. Quid face-
rem? Obtemperandum fuit consuetudini & fa-
ciendum officium. Sit ergo pro Themate Locus
Pauli 2. Cor. 5,17. Si quis igitur est in Christo: nova-
creatura est.

Vox Igitur infert aliquid ex præcedentibus. Di-
xerat enim de Peregrinatione hic nostra, & de dis-
solutione tabernaculi hujus nostri, & de futuro no-
stro domicilio quod è cœlo est, de certa salutis
Spe, qua in nobis obsignata est arrabone Spiritus

San-

Sancti, in nobis, inquam, qui peregrinè absimus à
Domino & per fidem incedimus non per aspectum,
qua propter & contendimus sive absentes, sive pra-
sentes placere illi: quippe qui sciamus omnes nos cō-
parere eōptere corā tribunali Christi, ut unusquisque
reportet quae in corpore fecerit sive bona, sive mala.
Hunc terrorē se hominibus incutere, ut eos ad fi-
dem adducat, idq; protestatur se serio agere, & sua
industria testes appellat eorum conscientias, ad ver-
sus pseudodoctores qui ex facie gloriam captabant,
& non ex corde, Tandem addiderat se non posse
non hac serio inculcare quippe qui constringatur
charitate illa Christi, ut qui hoc statuerit, si unus pro
omnibus mortuus fuit, nempe omnes fuisse mortuos,
& illum pro omnibus mortuum esse, ut qui vivunt,
posthac non sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus
est, adeò quidem, ut posthac neminem noscat se-
cundum carnem, quod si etiam ipsum Christum
noverit secundum carnem, nunc tamen non am-
plius nosse. O doctorem verè Reformatum & re-
formantem alios! O vas electionis! qui conciona-
tus fuit in pectore, qui quod alios docuit, hoc ipse
verè in se sensit, & quod alios facere jussit hoc ipse
fecit. qui fidem quidem justificantem magno cum
fervore inculcavit, sed qui parietiam zelo sanctifi-
cationis fructus à Christi fidelibus offlagitavit.
Obstupescit mihi animus cum iam hoc loco circum-

cogito, Et mentis oculos circumfero Et illas argui-
mentorum classes, seu locos quos vocant Logici, et quibus
tum Paulus hic noster, tum alij Apostoli, tum
ipse etiam Salvator noster, adhortationes deducunt
quibus nos stimulent ad opera Et fructus Spiritus
reipsa exprimendos Et fidem nostram testificandā.
Quoties Apostoli meminerunt mortis Christi, non
id solum agunt ut nos consolentur Christi mortiem
esse λύτρον Et pretium redemptionis pro peccatis no-
stris, sed hoc etiam addunt eos qui in Christum cre-
dunt, oportere mori peccato. Ex mortis genere infe-
runt, si Christus pro nobis crucifixus est: oportere nos
carnem crucifigere cum affectibus. In presenti Tex-
tu dicit, se statuere, si unus pro omnibus mortuus
fuit: nempe omnes fuisse mortuos, Et illum pro o-
mnibus mortuum esse, ut qui vivunt posthac non sibi
vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est. Qui sunt
Christi: carnem cruciferunt cum affectibus Et
concupiscentijs, Gal. 3, 24. Una cum Christo crucifi-
xus sum. Vivo autem non amplius ego, sed vivit
in me Christus. Et vitam quam nunc vivo in car-
ne, vivo per fidem Filij Dei, qui dilexit me Et tra-
didit semetipsum pro me, Gal. 2, 20. Per quem mun-
dus mihi crucifixus est Et egomundo, Gal. 6, 14. I-
taq; si resurrexi stis cum Christo: superna querite,
ubi Christus est ad dexteram Dei sedens, Supernas
curate non terrestrias, Col. 3, 1. Et Petrus qui pecca-
tano-

ta nostra pertulit in corpore suo super lignum, ut peccato mortui justitiae viveremus. Eandem adhortationem & à Baptismo ducunt.

Huc pertinent omnia illa quae de veteri homine induendo loquuntur, Rom. 6, 6. Veterem illum hominem cum eo crucifixum esse, ut enervetur corpus peccati. Et Ephes. 4. Sicut est veritas in Christo, nempe deponere, quod ad pristinam cōversationem attinet, veterem illum hominem qui deceptricibus cupiditatibus corrumpitur: renovari vero spiritus mentis nostra, & induere novum illum hominem, qui secundum Deum conditus est, ad justitiam & sanctimoniam veram.

Sed nulla sunt argumenta validiora quam quae ab amore & justitia Dei, itemque ab extremo Iudicio, & duobus illis novissimiis extremum Iudicium immediate consecuturis, ducuntur. Sic Deus dilexit mundum ut filium suum unigenitum daret, &c. Joan. 3. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi & ipse precatur nos ut convertamur, 2. Cor. 5. Christus pro impiis mortuis est. cum iniunici essemus recōciliati fuimus Deo per mortem Filii ejus, Rom. 5. Haccine amorem Dei accendere debent in cordibus nostris? haccine ad sinceram vita sanctimoniam nos flectere? haccine veram in nobis gratitudinem excitare? Si flectere nos non potest immensus ille Dei amor: flectat nos & terrorem nobis ex-

culiat horrendum ejus judicium. Flectat nos expe-
ctatio aeternæ gloriae, qvod si nec illa flectere nos po-
terit: flectat nos metus horribilis Gehenna, de qua
bus in postrema intimatione dixi.

Quid ego commemorem sexcenta alia à quibus Scriptura
nos hortatur ad seriem vita sanctimoniam? Certè ipsa nos
cogit necessitas: nam sine sanctimonia nemo Deum videbit.
Sumus filii Lucis: quid ni igitur ambulemus in luce? Sumus
regale sacerdotium, gens sancta: quomodo ergo nos polluamus
peccatorum sordibus? Sumus servi Christi: quomodo ergo
ipsi non serviamus, maximè cum emptissimus tam caro pretio?
Non sumus nostri juris: cur ergo tam clementis Domini, tam
leve & dulce jugum non libenter portamus? Milites sumus:
cur ergo adversus peccatum, carnis illecebras & Diabolum
ipsum non strenue & fortiter pugnamus? Currimus in sta-
dio: cur non ergo ab omnibus nos abstinemus, & hoc unum a-
gimus, qvod est summè necessarium? Conditio nostra compa-
ratur cum multis rebus naturalibus: cur itaq; nos vincit paten-
tia à rebus homine longè inferioribus? Arbores bona ferunt
fructus bonos: cur non & nos edimus fructus Spiritus, &
opera bona que preparavit Deus ut in ijs ambulemus? Christus
vitis est, nos palmites: cur non proferimus uoris paenitentia
dignas? Bruta animantia boves & asini agnoscunt
Dominum suum, ciconiae & birundines observant tempus ver-
num: & nos nō agnoscimus Dominum nostrum, & frustra elabi-
simus tēpus visitationis nostre? Res create exerto collo ex-
spectant revelationem filiorum Dei: & nos ipsi non expecta-
mus Dominum in sanctis conversationibus ut stare possimus
coram filio hominis? Scriptura jubet, ut simus sobrij, ut vige-
lemus, jejunemus & oremus sine intermissione: & nos ine-
briamur vino, & indulgemus commissationibus, neq; vaca-
mus

mus ardentibus precibus, sed pertimus in peccatis nostris?
Videamus ergo etiam atque etiam num propositum thema
Paulinum applicare nobis possimus. Corrigamus defectus
nostrorum, emendemus vitam nostram in melius, & in hoc in-
cumbamus serio cum timore & tremore, ut digni reperiamur
stare in illo die coram Filio hominis. Nunc ad praesens funus
accedo.

Vitam cum morte commutavit, & huic perituro seculo
valedixit honestissima Matrona ELISABETHA Dumras
des. cuius historiam in hac pauca conjicimus. Nata fuit Anno
1556, die Mercurij proximo à Feste Michaelis. Patrem babuit
JOANNEM Dumraede/ virum primarium Cerevisie co-
etorem & civem bujus urbis integerrimum, natione Pome-
ranum, quippe natum Berga in Rugia. Matrem verò
CATHARINAM Düvels/ NICOLAI Düvels/
civis primarij & coctoris cerevisie filiam. Ab his pa-
rentibus in vera pietate & morum disciplina educata fuit.
Postquam annum etatis attigisset 22. nuptum data fuit vira
reverendo & doctissimo, Dn. M. Hermanno Slorffio, ad D.
Nicolaum Diaconum cum quo in pio placido & tranquillo
conjugio per aliquod tempus vixit. Ex hoc conjugio procreata
fuit unica proles mascula, cui & ipse indiderunt Hermanni
nomen. quem diligenter instituendum curarunt, ut in virum
evaserit doctum, sitq; dignus & aptus habitus, in Ecclesia
Mariana ad Diaconi munus vocari. quo eviderunt munere
fideliter quidem sed non multo tempore functus fuit, nam à
suscepto ministerio non annos duos totos vita superfuit.
Defuncta verò nostra post obitum prioris mariti, Deo sic di-
spONENTE, ad secunda vota transcoxit, & in matrimonium cef-
fit vero itidem reverendo doctissimoq; Dn. Antonio Höfneri

p. m.

p. m. qui & ipse ad D. Nicolaum Diaconus fuit, cum quo
itidem in pio & placido conjugio vixit per integrlos 33. annos.
Hoc conjugium ferax fuit duorum filiorum, quorum prior
in juventute diem obiit, alter Hermannus Höber / civis &
cerevisie coctor abhuc vivit superstes. Post mortem posterio-
ris mariti, reliquam etatem annorum 13. in viduitate tran-
segit. Morbo longiore confecta, cum persenticeret vita fi-
nem instare, animam suam viatico corporis & sanguinis Chri-
sti premunivit & ad beatam emigrationem comparavit ac tan-
dem die Luna preterito inter tertiam & quartam matutina-
nam ad superos in aeternam patriam commigravit.

Hujus exuvia & exangue corpusculum terrae mandabi-
tur hodie hora prima post meridiem in templo D. Nicolai.
Cum utrumque maritum verbi ad ministros habuerit: equum
fuerit ut cives Academicci hanc funeris deductionem sua pra-
sentia ornent, Rogo igitur reverendos, clarissimos, doctissimos
Dnn. Professores, Doctores, Verbi ministros aliosque Magistros,
ipsamque studiosam Juventutem ut dicto loco & tempore has
exequias cant, sua quisque mortis reminiscantur & pro inco-
lumentate utriusque recipi. & totius provinciae vota nuncu-
pent, P. P., 25. April. 1627.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777438550/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777438550/phys_0013)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777438550/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777438550/phys_0014)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn777438550/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777438550/phys_0015)

DFG

mus ardentibus precibus, sed stertimus in p
Videamus ergo etiam atque etiam num prope
Paulinum applicare nobis possumus. Corrig
nosotros, emendemus vitam nostram in melius
cumbamus serio cum timore & tremore, ut di
stare in illo die coram Filio hominis. Nunc ad
accedo.

Vitam cum morte commutavit, & huic
valedixit honestissima Matrona ELISABE
DES, cuius historiam in hac pauca conjicimus. I
1556, die Mercurij proximo à Feste Michaelis.
JOANNEM Dumraedum virum primariu
ctorem & civem bujus urbis integerrimum,
ranum, quippe natum Berga in Ruggia.

CATHARINAM Dūvels / NICOL
civis primary & coctoris cerevisiae filiam.
rentibus in vera pietate & morum disciplin
Postquam annum etatis attigisset 22. nuptun
reverendo & doctissimo, Dn. M. Hermanno
Nicolaum Diaconum cum quo in pio placi
conjugo per aliquod tempus vixit. Ex hoc con
fuit unica proles mascula, cui & ipsi indide
nomen. quem diligenter instituendum curaru
evaserit doctum, sitq; dignus & aptus habit
Mariana ad Diaconi munus vocari. quo egr
fideliter quidem sed non multo tempore fun
suscepto ministerio non annos duos totos
Defuncta verò nostra post obitum prioris m
spONENTE, ad secunda vota transiit, & in m
fit viro itidem reverendo doctissimoq; Dn. A.




Image Engineering Scan Reference Chart T263 Serial No. 032
Patch Reference Number on UTT

the scale towards document